

BERNHARDVS CHRONEBERGIVS MEDICVS COLONIENSIS.



BERNHARDVS CHRONEBERGIVS MEDICVS COLONIENSIS.
B
Ernhardus apud Frisios natus est anno circiter 1515. Hic cum ad literas esset natus, post fundamenta iacta se se hinc inde ad celebriora gymnasia contulit, & liberales artes ordine didicit. Inde animum ad Philosophiam & Medicinam adiecit, & in his scientijs supremum sibi gradum comparauit. Postea Coloniæ artem eam magna laude exercere coepit. Id cum eius urbis Magistratus intellexisset, ei honestum stipendium obtulit, & suæ urbis Medicum constituit. Scripsit ibi Bernhardus de uera Medicamentorum compositione, et alia, quibus rem literariam iuuare & augere conatus est. In eo quoque loco etiamnum degit, & inter alias Medicos ob uariam eruditio nem, & rei Medicæ peritiam, magnam sibi autoritatem conciliavit. Anon.